

Lucensium
Equiten
habita in
entia praef



VM
ctiffi
xim
carii
fit in

Petri successorem f
tem/complexū/int
rei magnitudine o
adesse tot Reuerēd
simam frequētiā
tot speciosissima D
Christi membra re
tum uident. Quid
Quomodo onus n
Pontificū maxime
tia & maiestate ad
Vosq; clarissima n
& uenīae spe: Nam
ausus sum/Patriā
lit: ciuū & colle
fuisset/adegit: Per
populi/cuius in hā
semp fuit/amore
perfectissimū pro
deratione pensati
non digna confes
obediētiā munt
Si laudes, uirtutes
rabiles in omni
Ingratam/aut inf
& contra gratiosa
tem praedicarent

San
s Ma
ei Vi
tium
num
lesta/
mens
simul
idif/
ntes/
poris
nuen
erus:
o. Tu
ueren
litue.
nitate
gāter
ompu
nīmī
censis
ffima
ostra
confi
gusto
tiana
nō sit.
nume
at: aut
teret:
men/
litate
a. i.

128

C Lucensium Oratio per Nicolaum Tegrinam
Equitem/ac utriusq; iuris Doctorem/
habita in Consistorio publico pro obedi-
entia praestanda Iulio, II. Pont. Max. Die
xx. Decembris, M. D. III.



QVM DILIGENTER considero Beatissime ac San-
ctissime pater/quara sit in terris Pontificis Ma-
ximi dignitas: quanta in caelis uiuentis Dei Vi-
carii potestas: cuius ore supremum sacerdotium
sit institutum: cuius sedes sit/in qua legitimum
Petri successorem sedentem te/divinam in homine maesta-
tem/complexum/intueor: Adheret lingua faucibus meis: mens
rei magnitudine opprimitur: ingenium hebetatur: Cumq; simul
adesse tot Reuerendissimorum dominorum & patrum splendidis-
simam frequentiam contempler: Qui uno lumine micantes/
tot speciosissima Dei tabernacula: tot excellentissima corporis
Christi membra referentes/angelicum representare conuen-
tum uidentur. Quid dicam ignarus: Vnde incipiam incertus:
Quomodo onus mihi iniunctum exequar/dubius subsisto. Tu
Pontificum maxime/aperi uiam: Adde animum: & quas reueren-
tia & maiestate ademisti uires/gratia & benignitate restitue.
Vosq; clarissima mundi lumina labantem sustinete/humanitate
& ueniae spe: Nam siquid audacius praesumpsi/aut arroganter
ausus sum/Patriae charitas/cui omnino parendum erat/compu-
lit: ciuium & collegarum uoluntas/cui resistere ingrati animi
fuisse/adegit: Per spicio ex gratissimo uestro aspectu Lucensis
populi/cuius in hac sanctissimam sede/deuotio constantissima
semp fuit/amore mihi iam indultum. Spero ciuitatis nostrae
perfectissimum promptissimūq; animum/in omnium uestrum consi-
deratione pensatum: Non quae a me imperfecte/& tam Augusto
non digna confessu proferentur/effecturum: ut hoc christianae
obedientiae munus a nobis hodie exhibendum ingratum non sit.
Si laudes, uirtutesq; humanae Beatitudinis tuae/quae innume-
rabiles in omni genere sese offerunt/explicandae essent: aut
ingratam/aut infinitam/nostram orationem esse oporteret:
& contra gratiosam Dei uocationem Sanctitatisq; tuae men-
tem praedicarent: Quae prudentissima nouit/non de qualitate

a. i.

operum/aut meritorū nostrorum/coelestium pandere mensu-
ram donorum: Si patriam/genus/maiorum gesta/affinitates
maximorum Regum & Principum/tuis meritis comparatas
amicitias/quæ solēt esse maxima uiuentium ornāmēta/recen-
sere uellem/ qbus Sanctitas tua abundat/ & fulget/diuinæ illi
& uerissimæ Leonis Papæ sententiæ refragari uiderer: Qua
non terrenæ originis prærogatiua obtineri unctiōem/ sed
dignitate coelestis gratiæ gigni Antistitem: & eos rectores ec-
clesiam accipere/quos Spiritus sanctus præparauit/affirmat.
Laudes summo Deo decantandæ: Magnificandus dominus
Deus noster: quia fecit misericordiam suā nobiscum: Visita-
uit plebem suam: & erexit cornu salutis in domo Dauid pue-
ri sui. Tu es sacerdos in æternū secundū ordinem Melchise-
dech. Tu, cui ore diuino dictum est: Pasce oues meas. Tu, cui
sup hanc petram ædificabo ecclesiam meam: cui fidenti sup
aquas ambulare datum. Qui gladium pro defensione Magi-
stri exemisti. Cui traditæ sunt clauēs regnī coelorum. Cui Petri
uincula iuniorī sunt demandata: ut nunc tibi dicereſ p eum/
cuius potestas & imperium: Quodcūq; ligaueris sup terram/
erit ligatum & in coelis. Quodcūq; solueris sup terram/erit
solutum & in coelis. Permanet enim in te/quod in Petro Chri-
stus instituit/sicut permanet quod in Christo Petrus credidit.
Gratulamur tibi beatissime Pater deuotissimī filii tui Lucen-
ses/de tanto Dei munere. Gaudemus & lætamur de uniuersa
li christiani gregis pastore: cuius sapiētiae nihil indispositū/
potentiæ nihil arduū/sit futurū: Qui nō magis præesse q̄ pro-
desse uelit: & ex p̄fectu gregis sibi cōmissi omnē gloriā sit ac-
cepturus: Nec mercedē ex populi sermone/ sed ex ipso recte fa-
cto sit expetiturus: Qui Iesu Christi optimus imitator pacem
sit terris daturus: Qua nihil dulcius/nihil suauius: nihil ma-
gis salutare: nihil in humanis magis expetendū/ aut exoptan-
dum: Qui ecclesiam Dei & fidē orthodoxam impugnantes sit
expugnaturus: Sub quo a fide errantes oues obstinatæ/ Arrit
sint exemplo peritura: uel propriū custodis uocem audientes
ad sepra reditura. Resarcient cōlaniata: uetera renouabunt:
Reficient destructa: Deprauata dirigentur: Aspera mitiga-
buntur: Dignitatem & potestatem cū simplicitate & prudētia
retinebit ecclesia. Nouimus animū: nouimus ingenium/con

filium/dexteritatem/ rerū experientiam/ bonam uolūtatē/
 corpus ad labores pferendos accōmodatissimū. Quæ qmnia
 ex naturæ benignitate Innata/ summus ille omnium rerū opi
 fex sua gratia augebit/ conseruabitq; diu. Vos autē Reueren
 dissimi patres/ genus electū/ Regale sacerdotium/ in ipsa apo
 stolicæ petrae arce fundati: q; tam diuinæ optatæ & oportunæ
 electionis ministri fuistis: qui aduenientis Spūs sancti gra
 tiæ non solum non restitistis/ sed obulam processistis/ totisq;
 animorum uelis excepistis/ mandata domini peragētes/ quo
 laudis genere prosequar: nec exprimere/ nec cogitare pro rei
 amplitudine & dignitate satis possum: Factum ipsum (quo
 solo optima conscientia uirorum/ tum prudentissimorū/ tum
 Deo placere studentium/ ad omnem gloriam sibi satis esse fa
 ctum putat) Laudes omnes in se complectit: Corona & gau
 dium (ut ait Apostolus) tāti Præsulis & pastoris uos estis.
 Laudemus iterum nomen domini: Inuicem exultemus/ & læ
 temur in uniuersum: Sed sicui/ extra generalis gaudiū normā
 particularius maxime de hac admirabili cœlesti & desidera
 ta ad Apostolatus apicem assumptione lætandum: si quibus
 optime sperandū/ immo confidendum/ Iulii. II. Pontifex ma
 xime/ id tui obsequentissimi Lucenses/ iure optimo sibi uen
 dicare/ atq; arrogate possunt/ & debent: Nō enim ab amplissi
 mo gradu/ & excellentissimo culmine naturales affectus boni
 deiciuntur/ sed cum dignitatis incremento augeri solent: nec
 amplitudo fortunæ/ in qua constitutus es/ in te mutare po
 tuit/ nisi ut tantumdem prodesse posses/ ut uelles. Magna est
 patriæ charitas/ magna natalis soli dulcedo/ maxima paren
 tum/ affinium/ amicorumq; uincula: Natura tibi patria est Sa
 uona/ ciuitas nobilissima/ electione Luca: Carnis parentes ti
 bi dedit Liguria: spiritus filios Lucensis ecclesia: Affinitates
 arctissime cum Lucensibus/ ex quibus fulgidum nitet sydus
 Antistes noster nepos tuus in amplissimam senatoriam Car
 dinalatus dignitatē/ Beatitudinis tuæ gratia/ totius excellen
 tissimi ordinis consensu/ uirtutum suarum merito cooptatus
 Amicos innumerabiles (quibus inter mortales nihil cha
 rius) plures ciuitates/ nationes & populi dedere: sed aliquot
 ex unaquaq; Tu beatissime pater/ beneficiis/ humanitate/ &
 tua gratissima præsentia/ qua Lucēsem ornasti ciuitatem/ Lu

entes omnes sine sexus/ætatis/ordinisq; discrimine/tam fir-
mis amoris obseruantiae/deuotionis/ & fidei/deuinxisti nexi-
bus; ut nulla uis humana/nec ipsum/quod omnia consumit/
tempus/diuellere/labefactare/aut aliqua ex parte immine-
re unquam possit: Quid nõ speremus amantes? Libertatem
filiorum commendare liberalitatis parenti & principi/pacis
conseruatori/fundatori quietis/custodi omnium peruigili/
defensionē/tutelam/curamq; pacificæ/quietæq; ciuitatis suæ
committere/superfluum iudicamus:

Sacra suosq; tibi commendat Luca quiritas.

Nos uniuersam ciuitatem nostram repræsentantes/ante pe-
des Beatitudinis tuæ prostrati/ & ante huius sanctissimæ apo-
stolicæ sedis scabellū prostrati/animas corporaq; eluim oïum
in sinu Sanctitatis tuæ reponimus/damus/ & offerimus.

Deuote & reuerenter/ea animorum demissione/cordisq; hu-
militate/qua possumus/fide inconcussa/debitam christiano-
rum obedientiam præstamus: & exhibemus: Teq; uerum Je-
su Christi Vicarium/legitimum Petri successorem/ & uniuers-
alis ecclesiæ indubitatum Antistitem/credimus: & confite-
mur; colimus; ueneramur; adoramus.

F I N I S .